



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Societas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

excomm. 8. §. 2. num. 17. Cajet. 2. 2. loc. cit. Nav. in *Manual.* c. 17. n. 95. Diaz in *pract. cri.* Can. c. 81.

SIGILLUM.

Primo, sigillum confessionis Sacerdos Confessarius frangens, quas pœnas incurrat, vide c. *Sacerdos.* de pœnis. dist. 6. & c. *omnis.* de pœn. & remiss. Sylv. in ver. *Confessio.* 3. nu. 4. §. 8. & quando intelligatur fractum sigillum Confessionis, vide Navar. cap. 8. per totum, & Soto 4. *Sent. dist.* 18. q. 4. art. 5. & 6. & in *tractatu de rat. tugen.* & *de teg. secret.* mem. 3. q. 9. Astens. lib. 5. tit. 20. Diaz *pract. crim.* Can. c. 102.

Secundò, sigilli alterius quanta sit auctoritas, & credulitas, vide Inn. an. c. 2. de *fide instrum.* & an probeat procuracionem, vide Abb. in c. 2. n. 3. de *solutio.*

SOCIETAS.

De hac materia, cum sit copiosissima, sufficit citare Doctores, in quibus poterit quisque cum casus acciderit, videre.

Primò, quando societas sit usuraria, vide Nav. c. 17. n. 251. & infra, Sot. lib. 6. q. 6. art. 1. & 2. de *inst.* & *iure.* Maran. in *no. an iudicium sit univ. vel partit.*

Secundò, quæ conditiones requirantur in societate, ad hoc ut sit licita, vide Syl. in ver. *societas.* 3. §. 9. ver. 5. Nav. *ibidem.* n. 161. D. Ant. 2. par. tit. 1. c. 17. §. 43.

Tertio, quæ conditiones requirantur in societate circa mercaturas, vide Syl. in ver. *societas.* 1. §. 1. ver. *sed ad instauram.* Astens. lib. 3. tit. 12. art. 5.

Quartò, quæ conditiones requirantur circa foccida, & animalia, sive grossa, sive minuta, sive appretata, sive non; vide Afflic. *decis.* 58. Abb. in c. in *civitate.* de *usur.* *Commu. de contract.* tract. 5. *quest.* 89.

Quintò, quando teneatur socius, vel conductor de dolo, & lata culpa, vide Io. Lopez in c. *per vestras.* de *donat.* inter *vir.* & *uxo.* not. 6. §. 2. & 12. & 89. Cassan. de *consuet.* Burg. Rub. 4. §. 23. Tab. in ver. *usur.* 3.

Sextò, quoniam in his societatibus intervenit allecuratio, vel ex parte dantis, vel recipientis, & sic possit plus, minusve accipi, si simpliciter fierent, vide Covar. 4. 3. c. 7. nu. 7. ver. *quod idem diximus.* *variar. resol.* Sel. in ver. *societas.* 3. 7. ver. 7. Navar. num. 260. & 229. & Soto lib. 6. *quest.* 13. art. 1. *conclus.* 3. nolui transcribere casus particulares, cum sint prope modum infiniti, & varii, qui poterunt videri in Doct. cit. nam intentio mea est, solum tangere magis practicabilia, & non transcribere dicta aliorum.

Septimò, pro his, & aliis hujus generis vide Bullam sanctissimi Papæ Sixti V. quam de abusibus & fraudibus hujus contractus tollendis edidit anno... die... Pontif. sui anno...

Octavò, paucioribus concludi potest hæc materia, quod servatis duobus super contractus erit tutius. Primò, quod capitale non stet in toto, vel in parte periculo recipientis, quoad casum fortuitum, nisi interveniat contractus allecuracionis. Secundò, quod neutra pars gravetur notabiliter plusquam altera arbitrio

bitio boni viri, Sylvest. *in ver. Societas*, 3.
§. 9. Nav. *c. 17. n. 261. D. Anton. 2. par. tit.*
1. c. 7. §. 43.

Nondum potest fieri societas salvo prin-
cipali cum asscuratione principalis, &
diminutione lucri pro parte asscurationis,
ut si contingerent asscurato duo-
decim, solvantur quatuor per asscurationem,
Nav. *in ca. si foveraveris, notab.*
14. n. 32. 14. q. 3.

SUPPLICATIO, SIVE
SIGNATURA.

SI aliquis dat supplicationem summo
Pontifici, pro imperatione alicujus be-
neficii, idque impetrat, nondum levatis
Bullis, queritur, an stante sola suppli-
catione, posset Ordinarius conferre il-
lud beneficium (supposito quod alias
posset) & videretur quod non, primo,
quia statim, quod supplicatio est signata,
in continenti est jus acquisitum, & gra-
tia est in se perfecta, Gom. *in quest. 18.*
col. 2. de infir. resig. Archid. Io. Andr. &
alii, in proemio Sixti: & supplicatio dat
jus ad rem: idem ibidem, Nav. conf. 16.
nu. 2. de ininv. & per solam signaturam
potest quis capere possessionem benefi-
cii, Reb. praet. benef. tit. de miss. in possess.
nu. 39. & possessio per solam signaturam
potest capi; & gratia Principis per so-
lam signaturam recipit esse. Gom. q. 5. de
non judic. & in Judice in litera L. dicit,
litteras non dare jus in re, neque ad rem:
sed ad hoc posset responderi, hoc intel-
ligi de jure communi, secus de stylo, &
Cancel. tamen oppositum habet idem
Gom. de expect. numero 16. in fine, &

17. ubi agit valere collationes Ordini-
narium, factas ante expeditionem li-
terarum; & hoc confirmat in facto.
Ratio est, quia per solam signaturam,
sive supplicationem, non expirat reser-
vatio beneficii, facta à Papa, si antea sibi
reservasset, vel devolvisset, Covar.
lib. 2. capit. 16. numero 2. variarum re-
sol. Gom. l. c. ergo non tribuit jus, nec
ligat manus Ordin. nec valet dicere,
quod tribuit aliquod jus considerabile
per Reg. de non toll. jure quasi. quia ibi ha-
bet locum, quando expedita supplicatio-
ne à Papa, alter vellet aliam supplicatio-
nem impetrare ab eodem, quia tunc non
intelligitur derogari juri acquisito al-
teri, secus verò in Ordinario, facit eti-
am pro eodem quod si impetrans vellet
uti supplicatione, sive signatura, contra
supplicationem factam ab Ord. hoc non
posset probare, quia obstaret ei regula de
non judicando juxta formam supp. nec
potest canonizari, cum sit informis, Gó.
l. c. Bulla Julii III. qua est fol. 534. num. 33.
decl. sac. Congr. 321. Selva tract. de be-
nef. 2. par. quest. 15. numero 1. Staph.
de lit. grat. fol. 203. num. 8. & infra. nec
per solam supplicationem & signatu-
ram dicitur dispositum de beneficio?
Staph. loc. cit. n. 10. & hoc intelligitur de
omni supplicatione, & signatura, quod
non faciat probationem in judicio, nisi
levatis Bullis sive literis, nisi dicatur,
quod sola signatura sufficiat, Staph. 355.
num. 3.

Sed queritur quando Bullæ dicantur
expeditæ in Curia, ut ex tunc Ordinarius
nō posset conferre? Respondetur, quod
facta fulminatione processus, quia